

RENATI CHOPPINI
ANDEGAVI I. C. ET IN SUPREMO
GALLIARVM SENATV ADVOCATI

DE DOMANIO FRANCIAE,
LIB. III.

AD V. C. CHRISTOPHORVM
Thuanum, Equitem, Curiae Francicae Praesidem Ma-
ximum, Sacraeque Consistorij Senatorem.

Βασιλεία, κτήμα τῶν κοινῶν, ἀλλ' ἔτὰ δημοσίας
τῆς βασιλείας κτήματα. Suid.



PARISIIS,

Apud Martinum Iuuenem, via S. Ioannis La-
teranensis ad insigne Serpentis.

M. D. LXXIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

de la Librerie

*Domanium vel
de manium vocabula
barbara esse
videntur. Videm
sunt quod dominium
itaque esse de dominio
vel de manio esse
de dominio idem
videtur. ut dicit
Joannes Antonius
Lavanis lib. 3a.
n. 12. lib. 2.*

Bibla

Num. 45. num. 8.

Num. . . .





ILLVSTRISS. VIRO, CHRIST. THVA-
NO, SENAT. GALL. PRÆSIDI. MAX.
Sanctiorisq̄ue Prætorij Consiliario.

RENAT. CHOPPINS
S. P. D.



*R*X quo tempore ad principem hunc
Gallici Senatus magistratū assump-
tus es (Thuane Pres. Max.) ego quā-
tulamcumque tibi diurnæ opellæ meę
forensibus actionibus rationē red-
di: Qualem Ægyptij, Præsidi Pro-
uincie, reuocato vetere Amasis Regis instituto. Otij ve-
rò non minùs, quàm negotij rationes edendas ratus, Agel-
lum hunc DOMANIALEM profero, domestica-
rum satū lucubrationum excultum, Quem & idcirco im-
primis refero ad iudicium tuū, sacramq̄ue (ut leges nostræ
loquuntur) cognitionem; ut tute eundem, si ita visum sit,
des, dicas, addicas studiosæ Francicarum Observationum
iuuentuti. Debueram, fateor, sumere materiem meis equā
viribus, & versare diu, quid ferre recusent, quid valeant
humeri: Sed quantum mihi initio huius argumenti graui-
tas timoris attulit, ne inconsultæ audaciæ notā incurterem,
tantum ademit eiusdem nouitas, à nullo dum tractari, bo-
na spe veniæ παρασιέπω impetranda, qui

*Auia Pieridum peragrem loca, nullius antè
Trita pede.*



RENATI CHOPPINI
ANDEGAVI I.C. DE RATIO-
NE OPERIS PROOEMIUM.

AD VIROS CLARISSIMOS, VIDVM
FABRVM, IANVM GVELLEVM, ET AVGV-
STINVM THVANVM, REGIAE PROCVRATIO-
nis Triumviros in Senatu Parisiensi, Con-
siliique Sacri Senatores.

DOSSETIS interdicto mecum a-
gere (Triumviri Ampliss.) quod
priuatorum patrimonia in foro
defendere solitus, de Principis
patrimonio dicere ausus sim: cu-
ius ego vos tutelares patronos a-
gnosco, ac de fundis fiscalibus, tãquam de iure præ-
diatorio, solos cognitores seu prædiatores. Sed to-
tum hoc etiam vestri beneficij fore profiteor, si
frequenti Senatu vobis Regias causas orantibus,
adnotata per me sempiternæ literarum memoriæ
commendentur. Sic ex Marcelli adnotatione poste-
ris traditum est, Calpurnium Longinum fisci aduo-
catum, coram Antonino Cæsare dixisse de caducis
à fisco vindicatis. Sic Seruij de iure publicè respon-
sa, auditores eius pluribus libris retulerunt. Nostra-
tum verò adhuc plerique, editis commentariis, le-
ges Romanas interpretantur: hospites hercle in
sua ciuitate, in aliena ciues. Mihi autem nouum scri-

*Patrij inris
tractatione,
externi tra-
ctatione po-
tiores esse.*

A bendi



RENATI CHOPPINI I.C. DE ORI

gine, & auctoritate Regij patrimonij, ab exter-
nis exemplis deducta Isagoge.

LIBER PRIMVS.

TIT. I.



EMPER favorabile fuit, in omni
Repu. Principis patrimoniu. Eius
duplex genus Cæsaribus Roma-
nis olim attributum: Alterum co-
ronæ patrimonium, quod fiscale
vel Imperiale appellatur: Alte-
rum priuatum, quod Cæsaris patrimonium dicitur.

Duplex Prin-
cipis Patri-
monium, pri-
uatum, & pu-
blicum, seu fis-
cale, Licet in-
nitio Cõmo-
da Cæsaris
ex fisco, publi-
ca familie ex
arario dari
scripserit Frõ-
tinus De A-
que ductibus.

i dem drcato
lg mo by neg
incongruer.
pavoi d. 9. 30.
n. 170.

De utroq; distinctè Iustinianus ad curatores domi-
nicæ domus in l. bene à Zenone C. de quadr. præsc.
Hinc duo Araria diuersa memorantur ab Arcadio,
& Honorio Imp. in l. vn. de quæst. mag. offic. & co-
mitibus sacrarum largitionum & rei priuatæ lib. xii.
Cod. Duo item procuratores erant, Cæsaris & fisci,
Comites sacrarum largitionum, rerum priuatarum, sa-
cri patrimonij, fudi fiscales, fundi patrimoniales, fun-
di rei priuatæ, fundi saltuëses, Canones Largitiona-
lium titulorum, pascua publica vel priuata, saltus rei
dominicæ, & domus Augustæ. qui omnes, Titulis ipsi-
s trium librorum Cod. posteriorum præscribuntur.

Erat Priori-
tate Fisci
Principis,
Ararium
ciuitatis.

2^a DIVERSITAS autem patrimoniorum manauit
præsertim ex superiorum temporum vestigiis, qui-
bus nondum planè confirmato Cæsareæ domina-
tionis statu, alius erat vsus, ac dispensatio annuorum